



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento
Selectæ**

Pexenfelder, Michael

[S.l.], 1711

LXXVI. Ieroboam primus Israëliticarum X. Tribuum rex, pseudopoliticus &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

NARRATIO LXXVI.
IEROBOAMUS PRIMUS ISRAELITARUM,
 (HOCEST X. TRIBUUM, A JU-
 DÆ ET BENJAMINIS, SEGREGATARUM)
 REX, PSEUDOPOLITICUS, ET IDOLOLA-

TRA. 3. Reg. 12. 13. 14.

Ab Anno M. 3060. ad 3081. Ante Ch. ab anno
 993. ad 972.

HActenus Israëliitarum nomine, totam Hebræorum gentem complexi sumus; nunc facta scissione regni decem Tribus, quæ *Ieroboamum* regem delegerunt hanc sibi appellationem, propriam vindicarunt; duabus reliquis tribubus, *Roboamum*, ejusque Successores sequentibus, Judæ & Judæorum nuncupatione relicta.

Inter alias Salomonis laves, mens incauta fuit in alliciendis sibi familiaribus, & hominibus discernendis. Adamavit *Jeroboamum*, juvenem Ephraimitam, patre *Nabathe*, viro inter suos nobili, & matre *Sarira*, longè imparis conditionis, genitum præclaris naturæ dotibus instructum, industrium, & nunquam cessantem; cui se, cui fiscum commisit. Is continua familiaritate, arcana regis expiscatus, animi jam lapsi imbecillitatem, & socordiam apprehendit. Filium quoque ejus *Roboamum* animadvertit delicijs à puero immersum, imparem regni fore. Cœpit igitur agitare consilia regnandi, quæ Salomonis reverentiâ, pressa, postquam naturæ concessit.

cessit, in successorem erupere. Nimirum ambitio, nec populo parcat, nec Principi; odiosaque beneficia incipit, cum jam crescere non possunt, Jeroboamus quaesturae praefectus, dum rem Principis sui strenue auget, suam pariter fortunam non neglexit, eoque paulatim ascendit, ut divinis etiam suffragiis (uti narravimus) dignus imperio haberetur; felix utique futurus, si a quo regnum acceperat, ei se cultum debere meminisset. Sed arrogantia primo hominem in impietatem, postea in ruinam impulit. Ingenium ei multiplex, tortuosum, & mire varium in versandis hominum animis. Aerarium regium sic curabat, ut crederetur id unum spectare, quomodo Principem locupletaret; rursus tributum sic exigebat, ut videretur subditorum potius fortunas, quam Regis, in consilio habere. Certè secessionis populi à Roboamo, causa non minima fuisse videtur, in turbido, ut ajunt, feliciter piscaturus. Cur enim, si tam acceptus erat populo, eam gratiam non convertit in emolumentum Principis, & exulceratos animos leniore superbi responsi interpretatione non demulsi? cur in seditionis flagrantia callidè se subduxit, ex abdito speculaturus incendium? cur *Adura*, quaestori regio, jam mitiora ferenti, audientiam non fecit; nisi quia per alterius casum, ipse sibi gradus ad solium sternebat?

Sed haec per cuniculos agebantur paulò occultiores; donec animus ambitione distentus, in apertius, majusque nefas, non diu post prorupit. Cum enim, discutiente DEO, belli molem à Roboamo imminentem, obsidionis [de qua supra] metu liberatus fuisset, pro eo, ut grates Servatori solveret, inju-

injuriam summam reposuit. Adverterat frequen-
 tes Suorum peregrinationes Ierosolymam esse,
 Templi non minùs majestate, quàm religione cul-
 toresalliciente; timebátque, ne per specimen pi-
 tatis capti popularium animi, paullatim ad Robo-
 mum inclinarent, à quo nuper præcipiti impetu de-
 sciverant præsertim cùm Sacerdotú plerorumque
 Levitarum exemplum in oculis esset; nec immerito
 facilius ad Domum Davidis reditus speraretur;
 quidquid adhuc turbatum esset, Judaici Regis be-
 nitate, promissisque haud ægrè componi posse; He-
 raëlitarum mentibus altiùs insculpta manere Nu-
 minis de scepro Davidico oracula: nec deesse au-
 toritatem virorum principum, domi militiæque
 præstantium, per quos in veterem subjectionem re-
 conciliarentur desertores regni Judaici; mutabilem
 vulgi genium, levibus momentis ad eas reflecti par-
 tes, quas paullò antè fastidierat; maximè si religi-
 onis reverentiã percellatur; ideoque nisi regno e-
 verti vellet, religionem potiùs avitam, rebus suis
 obstantem, esse evertendam. Instabant fortè Pal-
 chalia, quo tempore pro more gentis, maximi So-
 lymam concursus fiebant; quos ut impediret, ad
 artes suas vulpes confúgit, & speciosis plebem, qua
 rationibus, quã edictis circumvénit: esse profecti-
 onem illam, quam illi crederent religionis causa
 susceptam, bono publico, privatoque detrimen-
 tosam; quòd non citra magnum discrimen in ur-
 bem hostilem institueretur: ubi deserti Principis
 rei, multorum se odijs, & tandem exitio involve-
 rent: ipsamque viæ longitudinem, ut cætera omnia
 tuta essent, sine rei domesticæ dispendio obiri non
 posse;

osse; se verò, quando Solymæi Templi tantò de-
 sideriò tenerentur, effecturum, ut pro uno gemi-
 num excitaretur, in quo Sacris operari; suâque pos-
 sent vota persolvere; neque enim DEUM loci u-
 nius angustijs circumscribi; perinde esse, ubi ubi
 coleretur, modò cultores bonam mentem adfer-
 rent.

Ita coloraverat astum, ut, quantum vafritiei la-
 teret, ne sagaciores quidem deprehenderent. Ergo
 iam fidentior, ut regnum suum confirmaret, Majo-
 rum religionem funditus extirpandam duxit. In-
 credibili celeritate duo delubra educit in præcipuis
 urbibus, regni sui limitaneis, alteri *Dani* nomen, ad
 Aquilonem sitæ: alteri *Betheli* Austrum spectanti;
 utraque colli inædificata, & profanis in excelsis lucis
 adstruendis opportuna, In eis duorum ex auro vi-
 tularum simulacra collocat, qualia in Ægypto (ubi
 bienniò exulaverat) sub nomine *Apis* & *Serapidis* coli
 viderat: populòque persuadet, hæc illa esse Numi-
 na, quæ Majores ipsorum quondam servitute Ægyp-
 tiaca liberârunt, & publico cultu, *Aarone* auspice, af-
 fecta fuerant; eam venerationem ad posteros
 quoque permanaturam fuisse, nisi Moses injecto
 suppliciorum metu, & nescio qua prodigiorum osten-
 tatione, obstitisset. Incredibile dictu, quanta gen-
 tis Hebrææ protervia, toties meliora doctæ, toties
 deteriora secutæ. Callidis verbis persuasa, recedit
 à DEO suo, tot nominibus de se bene merito: in sen-
 tentiam impij regis concedit; ne ijs quidem excep-
 tis, qui cum vanitatem nefandæ superstitionis satis
 perspicerent, pluris tamen Principis improbi bene-
 volentiam, & præsentia commoda, quàm Numinis

Z

Op-

Optimi Maximi leges, minas, futuras poenas faciebant. Jeroboamus, ne perfidis, ullum ad DEI, Davidisque imperium, postliminium pateat, Dux ipse & Auctor impurissimorum Sacrorum, assumptâ Pontificis personâ, Sacerdotes pro suo arbitratu constituit, non ex tribu Levitica, quæ noluit huic impietati servire, sed de facie populi; ut, quales erant aræ, tales essent ministri; id spectante hominis vaserrimi nequitiâ, ut communicatô cum plebe Sacerdotio, fructuoso comprimis atque honorato, animos omnium sibi, suisque sacrilegijs obligatos teneret. Itaque Regis ad exemplum, gliscente in dies superstitione impiorum [gratiam Jeroboami captantium] passim luci, & nemora altiorum montium, vitulorum simulacris consecrari cœpta.

Jamque novus Sacerdos, & Sacrorum antistes sacrificale ministerium adierat, & Vitulo, in urbe Bethele, erecto, adolere thura, & libamenta diffundere parârat; cùm repentè intonat fulmen, *Abdo* Propheta Hierosolymis à DEO submissus; is interminat, nasciturum è sanguine Davidico ultorem [*Iosiam*] qui Sacerdotes impios, eadem in armis gladio hostias immolaturus, & pro thure, impostorum ossa sit incensurus. Id quod trecentis quinquaginta pòst annis, factum. Atque ut nequis de vaticinij veritate dubitaret, duo quamprimùm signa in ejus confirmationem sunt edita; nam & altare, in quo sacrilegium perpetratum, in medio scissum, execrabilis victimarum cineres effudit; & Regis manus adversùs Vatem extenta, subitò dirigit, exanimæ similis. Intremuit tum quidem præsentis animæ madversione castigatus Jeroboamus, & precibus

Pro

Prophetæ, pristinum brachij vigorem recepit, in
obstinata nihilosecius malitia induratus [sunt enim,
quibus cum benefeceris, pejores fiunt] quia per-
versè sibi persuadebat, securam regni possessionem
esse non posse, quamdiu populus veteri religione,
& Templi Ierosolymitani reverentiâ tangeretur;
unde factum est, ut nefaria superstitione perdiderit,
quod pietatis constantiâ conservaturus fuisset.

Ne tamen adversus beneficium manûs restitutæ,
ingratus videretur, Addonem per amicitia speciem
ad mensam regiam invitat; muneribus etiam obla-
tis, insidiosa liberalitate, quæ ille fortiter repudi-
ans, negabat ea in urbe, quidquam cibi potusque
sibi, per interdictum divinum, sumere licere; ve-
titum insuper, ne per viam, quâ venerat, quippe
idolorum cultu pollutam, revertatur. Ut dixit,
ita fecit. Cæterum *Bethèle* habitabat quidam ex ijs,
quibus sua DEUS arcana revelat, & apud omnes
Propheta audiebat; vir ætate grandis, & inter im-
probos, probus. Cui cum narrassent filij prodigia,
quæ *addo* patrârat, desiderio viri familiarius cog-
noscendi, ejusque refocillandi, abeuntem perse-
quitur, è via revocaturus in urbem. Fortè affecu-
tus est interquiescentem sub arbore, quam Sacer
historicus terebinthum nominat. Ibi ficto oracu-
lo, persuadet homini, ut mutatâ DEI sententiâ,
ipse quoque mutaret mentem, & relecto *Bethe-*
lem itinere, hospitio suo uteretur. Quid multis?
officioso mendacio seductus *addo*, condicit ad pran-
dium. Discumbentibus, & familiari sermone se
oblectantibus, receptor fatidico subito afflatur spi-
ritu, accusat hospitem Divini mandati violati, pœ-

næque modum denuntiat, jacturam paterni sepulchri. Nec fefellit vaticinatio. Nam Addoni redeunti Ierofolymâ, leo factus obviam, detractum de jumento necavit, nihil læsô asinô, cui infederat; nec interempti cadavere; cujus etiam custodem egit, donec Bethelensis Vates, re intellectâ, curavit exanime corpus in urbem referri, honorificèque terræ mandari. In idem ipse conditorium, ex testamentarijs tabulis, postea illatus, confusô ossium discrimine, ultricem Iosix manum, propter commumem sepulturam evitavit.

Ieroboamus tam miris Vindictæ divinæ modis admonitus, nihilo factus melior, denique digna obstinaciâ suâ pœnas dedit. Initium factum à filio, cui *Abiæ* nomen; quô ad mortem decumbente, mater jussu mariti, immutato cultu, sumptoque privato habitu, & muneribus agrestibus [ne forte grata potius, quàm vera nuntiaret Vates regina agnitæ; aut invisam, inauditamque ob improbitatem conjugis sui reijceret; aut ne populus intelligeret, à Ieroboamo suis divinatoribus diffidente, consuli alienum] ad Prophetam *Abiam, Siluntem* in oppidum proficiscitur, percontatura à viro, in prædicendis futuris mirifico [nam & regnum Ieroboamo prænuntiârat] essetne filius, præsentis morbi periculum evasurus. Sed frustra fuit eam mulatio; Vates enim è cœlo de adventu fœminæ præmonitus, pro foribus stantem compellat, & interrogacione anteverâ, acerrimam in ejus faciem objurgacionem effundit. Imprimis exprobrat divini magnitudinem beneficij, quod Ieroboamus, **DEI gratiâ Israëlitarum Rex, in summam Bene-**

factor
eum
circo
omne
qui tu
minia
daver
Popu
parti
li ag
duce
er, r
à pr
quar
men
popu
geni
extr
DE
[co
tis p
citu
mil
mu
si c
Ab
qua
sto
ge
rep
ret
pe

factoris injuriam converterat, omnibus, qui ante
 eum fuerant, scelerum enormitate superatis; id-
 circo totam ejus familiam radicitus excindendam,
 omnesque à primo ad ultimum, eò unò exceptò,
 qui tunc lethali ægritudine tenebatur, præter igno-
 miniam mortis, etiam honore sepulcri carituros, ca-
 daveribus, in prædam canibus & alitibus, projectis.
 Populum quoque, ut Regis impietatis, ita cladis
 participem, post intestinas seditiones, & varias bel-
 li agitationes, denique captivum in Assyriam ab-
 ducendum. Tam horrifico vaticinio territa mulier,
 nihil habuit, quod responderet, quanquam ne
 à principio quidem permiffa est quidquam effari;
 quare tacita recessit, domumque reversa, dum li-
 men ipsa ingreditur, puer è vita discedit, publico
 populi luctu defietus. At pervicax Ieroboami in-
 genium, neque tot terroribus domitum, ad fata
 extrema properabat. *Abias* [Roboami filius] à
 DEO constitutus Vindex, in regnum Ieroboami
 [contra, quàm narrat Iosephus] cum quadringen-
 tis pugnatorum millibus irrumpit; cui cum exer-
 citu duplò majore [octingenta erant bellatorum
 millia] in occursum venit Ieroboamus, haud dubiè
 multitudine hominum circumventurus hostem, ni-
 si caeleste auxilium formidabiles vires retudisset,
 Abiæque victoriam contulisset; tanta strage edita,
 quanta in nullis vel Græcorum, vel barbarorum hi-
 storijs, Iosepho teste, legitur. Cæsis enim quin-
 gentis millibus, tres munitissimæ urbes captæ, di-
 reptæque, DEO victoris gladium, ne ultra grassa-
 retur, inhibente; & quartò post annò Ieroboamum,
 per immiffum dæmonem aliquem, aut percussorem

Angelum, è viventibus exturbante. Ita perijt, qui, ne periret, sanctissimam Religionem perditum i vitæ memorandô ad mortales exemplô, motâ hac sacrâ anchorâ, regna Regésque non fluctuare modô, sed frangi, mergique.

NARRATIO LXXVII.
**ABIAS ET ASA, RE-
 GES IUDÆ; QUORUM
 PRIOR DEPLORATÆ SALUTIS;
 POSTERIOR INCERTÆ.**

3. Reg. 15. & 2. Paralip. 15. 16.

Ab Anno M. 3077. Christi 979. ad Ann. M. 3120,
 Ch. 933.

S Alomonis nepos, Roboami filius, *Abias* fuit, Judæ Rex; cujus fervidæ preces, cum tubarum à Sacerdotibus inflatarum clangoribus mixtæ, validissimum Jeroboami (uti retulimus) exercitum profligârunt, cœlo pro eo depugnante. Sed DEO victoriæ auctori, gratiæ vice [jam sueto Hebrææ gentis more] refudit impietatem, & improbi patris imitationem. Triennium illud, quô regnârat [uno vix die, sui in DEUM officij memor] Idolis, eorûmque sacrilegis cultibus, & uxoribus quatuordecim ductis; filijs maribus viginti duobus, femellisque sedecim generatis, memorabile reddidit; uxore regina *Maachâ* post se relicta, Sacrorum obscœnissimi *Priapi* Summa Sacerdote.

Filius hunc secutus est *Asa*, magis imperiô, quam improbitate; diutissimè bonus ac felix; sub extre-